

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber pandectarum medicinae

Matthaeus <Silvaticus>

[Venedig], 10. Okt. 1480

Sequitur de N

[urn:nbn:de:bsz:31-316129](#)

cap. de mure sanguis ei^o eradicat verrucas: et ster-
cus eius confert super allopiaem et propriellinitati
cum cepe: et ppter illud qd e adustus: et exsiccatur
et assat mur et dat ad comedendum infanti et abscon-
dit fluxum soline ab ore ei^o: et si bibat sterc muris
cum thure et ac mell e frangit lapidem: et si supponat
collyrium solvit vtrum puerum: et qn coquunt cum aqua et
feder in ea qui difficultate patitur urine conuenit ei^o:
et qn mus scinditur et ponitur supra pucturam scor-
pionis sa **Dias.** cap. sumus sterc muris tri-
nat ipsum **Dias.** tū et umblico infantium ipo-
sum ventrem exponit.

Mutagenat. i. citrus q sit in aliq vase cum lacte semin-
um et munitum et iure galline et vitellis omniq cū zuc-
aro et specieb factis ex cinnamono spica cubebis
calamo aromatico et carui: et coquunt in igne et ap-
posita super vas testa calida.

Mutagakil. est nomen regis

Mutali quid e lege alfachri

Muthathalim idem qd supra

Muzagara i. sapor acetosus

Muzadir in libro alchimie sepe invenitur: et apud
Halyabatem muzadi et almuzadi in cap. debili-
tatis visus e sal armoniacus: ppter aut apud ara-
bes muscadē vocatur: a quo multi latini laxadra
vocant corrupte.

Muzum proprie dicitur cuius sapor est compo-
nis ex dulci et acetoso

Muzum idem quod supra

Sequitur de. M.

Nam i. struttio avis

Nahonaba i. menta

Namar idem quod supra

Naeg i. acorns

Naezi idem quod supra

Nafusl i. abrotanum

Nanchana i. nanchana

Nanchana

Naurof alchese i. nasturtium

Nausta dias. e cotula olearis que nausta dicitur:

et est eos qua acies acuitur.

Nabale i. apis. Cap. 560

Abach est fructus com. Amic.
sive sadar q apd dias. vocat nascatimon: et di-
cit Serapi. cap. nabach q afferit de india: et e in co-
lore similis croco: et sicut cortex moxi boni o-
doris: et hz virtute calefaciente: sicut cum eo sumiga-
tiones: et ponit in cofectionib enguento: et in
alija cofectionib calefactionis: et hz virtutem cala-
mi aromatici. Et idem auct. gal. e cal. i tertio: et e ex
specieb indier qn fit suffumigatio cum eo valet
corruptioni matricis: et cōfert suffocationi ei^o qn
e sicca. In tacino scribit q nabach cōpatur ne
spillis: et zaror qd e magis odor: ifex nespulis: et ita
similitudo e in virtute qn fructus agrifolij e stiptic
z foras stomachi: et similis cōpatur nespulla et zaror
Nabati e regio. vñ qn repic i aliqua medicina in

telligendū e de orientali a nabathaea regione oris
tis q iacet inter iudeā et arabia. Nabathaei sunt qui
sunt ex arabia cū terminis syrie. Qui in li. meta-
mor. eurus ad aurorā nabathaei regna recessit
Nabat arab. e dictū planta
Nabati e quod sit in septentrionali parte
Nabet. i. cādi Nabet idem qd supra
Nabes i. acornis
Nabit. i. pos? quidā q sit ex dacūlis et ficūs siccis
coccis i. acq vel qn fructu dulci. Cap. 561.

Achana arab. gre. et latine
amecos.

Sera. lib. aggre. ca. nachana sine
nanochach auct. dias. qui
dā noiant lpm pomū atomation. i. cymīni ethio-
piā. vez nā cymīni ethiopij e alia nā ameos: et e
notū. e nāq semē fere simile cymīno ethiopio: ni
si qd e min eo multū et albi: et durus: et in suo sa-
pore e de similitudine saporis origani: illud qd
e eligendū ex eo: et illud qd e reces et mūdi: et idē
auct. Hal. Magis iunianū qd e ex eo: e semē ei^o
et in sapore ei^o e amaritudo panca et acutitas: et vir-
tus eius e qd calefacit et ficeat in tertio gradu. Et
idē auct. Alben mesuay dixit: qd pnoat vrinam
et semē e bonū fe. antiqui: et qn ei^o decoctio ponit
supra puncturā scorpiōis austert dolorē: et e bonū
frigiditati stomachi et epatis: et austert opilationes
et sedat nauseā: et desiccat humiditates stomachi
et e bonū humiditatē qd e pectorē: mūdificati vi-
as renū: et vesice: et extrahit lapidē ex eis postq
fuerit fact: et qn fit linimentū cū eo abstergit mor-
feā et baras: et maxic cū medicinis qd sūt ad hoc
Nachama i. menta

Nacham qdā nial e. Cap. 562.

akala ar. latine palma. + **Sera.**
lib. aggre. ca. nacala sine nachla dini
dī dīmissionib multis. nā sūt rami ei^o
et succ ramoz ipsoz et ciffiliones ei^o: et sumitantes
ipsoz sine cacumine: et cortex cacumis ei^o: et e ka-
fri et recēs et eo imatur qd e sicut agresta. Une
e balach. Idē auct. Hal. Substata succi ramoz
et ciffilioni sumitatis e cōposita ex sba aquosa
tepidā et terrea frigida: sed cortex sumitatis sba
e i seipsa siccior: et nō e i eo huīditas aliquā: et sapor
totū arboris e stiptic: viri ei^o e desiccatus: et cō-
fert ulcerib puridis: et stringit iuncturae: et con-
fert corruptioni corpis et oīis stomachi applica-
ta exterius: aut in potu sūpta: sūt sedumactumas. i.
nucle sine os dactili qnq cōburis i olla sic alie
medicine: et cū extract fuerit ab igne extinguitur
i vino: postea ablutus: et pōit loco tunc i collyris
q ponunt in oculo: et si nō cōburūtur prima vice
cōburant itez: et viri eoz e stiptica cōglutinati
ua: qn miscet cū lardo cōvenit ulcerib qd sunt in
oculo et exitu oculi et casui palpebrar: et icarnat
ulcera. Et idē auct. Alben mesuay: viri ciffilioni
e frigida in fine primi grad: et sic in medio eius
dem: cōfert acutatis agnūs et cholere: et strigit vē-
trē et nutrit nutrimento paucō: et curat dolorem

stomachi. Et idem ancto. Rasis cibilio sedat flurū sanguinis et tarde descedit a stomachi fido: et ad eus descendit iumatizans ber codiū: et facit ea que facit hafri. i. sumitas ramoz palme vel cortex sumitati. **H**al. est palma finis arbori. i. palma si pico principiat virtutem in oibus eius pīb. Ramoz igitur succ' aust' est ex aquosa lba tepida et terrestri fri. cōsistēs. similit' aut' hui' nāc et vocat cēnogales. i. cefalions esibilis existens. fruct' vō eius: et maxie dulcis nō panca principiat caliditate esibilis aut' existens ad multū puenit vñ nō solum extrinsec' apposit': vbi sforare qd et siccare et cōgregare et densare et strigere idigim'. s; etiam assumpt' ut cib' simul cū alijs et ipse p se. qd vero vocat alacer germē exīs molle palme eandē cū cenogefalo hz virtutē. qd vō c' velut rectia ei' stiptic' virtutē possidet: siccata aut' pl' pdictis ceu et consistētia substātia siccias ei exīs: et minime p. ticipās būnūditate. Unū multi i putridinalib' vñ cerib' eo vñm' et in pharmacijs colligētib' laxis articuloz et epaticis: et stomatice virtutib' ertri sec'. Est aut' radix hui' plāte siccata īmodac' virtutis: hñs quid et ipsa sipticitaria. Rab' moises cap. de palma cor' palme auget spma: et iumat ad coitā. Elnerois in suo colliget oēs ptes dactili sipticitate hñt māfestā: s; fruct' ei' cū c' matur' aliquis hz sipticitate. corices vō arbor' pdce' maiorē hñt sipticitate: aligb' pīb' ipīb'. p fructu h' le. potab. Hacue. i. mema Hacue idē qd supra. Hachueāsi. i. vsnee Hadius. i. sisimbrum. Hadius bothomarien. i. ciclamen. Hadiso. i. alumē Hafara. i. ignis grec' Hafra idē qd supra. Hafra idē qd supra. Hafamon. i. pionea. Hakeali. i. almea. Hakeali idē qd s. Hakre. i. cornicula. Halasi idē qd supra. Halas. i. antimoniu'z. Halbas. i. vistū. Cap. 563.

Delliop Sera vel halio arabice grece et lati. sparag' vñ aspag' lib. aggreg. cap. Malio aucto. Hal. virtus ei' pma c' que desiccat s; nō hz frigiditatē neq' caliditatem et abstergit et apit opilatione epatis et renū. ppi' sem' et radix: et curat dolorē dētū: qd siccata sine calefactione et infrigidatōe. Et idē ancto. Dias. qñ elixat vna ebulliōe et comedit mollit vētrē: et p uocat vrinā: et qñ cogt radir ei' et bibit decoctio ipīb'. s; fert strāgurie et ictericie: et sciaticē: et qñ co quī in vino s; fert decoctio ei' mortui rutelle: et qñ ex decoctōe ei' fit collutio oris s; fert dolorē dentiū: et sem' ei' qñ bibit s; cit opatōes radicis: et dī q' elixatura ei' occidit canes: et dicunt aliqui q' q' corona arietū sepelium i terra nascunt inde spargi. Et idē ancto. Abe mesuay. ppietas ei' est remouere dolorē lúboz qui sit a phlegmate et vēto sitate: et dolorē colicē: qd mollit ventrē: et si hō vñt eo multum. **H**al. secūdo de eibis cap. d aspa facit nauſea. **H**al. go ait q' sunt diuretici mo-

dicū habētes nutrīmēti et nō bñ dīgerunt. Et idem vi. sum. phar. cap. aspag' est abster sine virtutis nō dī calefacit manifeste neq' infrigidat: et iō tā renū q' epa. is deopilatiū c' et magis radices et semina q' berba: ga etiā sanat dolorē dētū: quoniā sine calefactione desiccat quoq' egēt maxile dentes. Hanā. i. mēta Hanasmon. i. colofonia Hanasar. i. abrotanū Hanegi. i. colofonia Hanen. i. cymbalaria Hanem idē qd supra. Hapazur. i. sisimbrum. Haptia. i. petroleū: qd vocat sterc' demonis. Hapeos. i. sinapis vñ semē ei'. Cap. 564.

Apellus est herba que facta cui' radix c' ordinata ad modū rethis c' anthonomatis herba venenosa: et c' prima p' aconiti. Aliic. lib. ii. cap. de napello. Hapella est herba que c' venenū pniciōsū: et est i sumo caliditatis et siccitatē: del̄ albaras limitū: et cōfert lepre. Unde c' venenū destruēt bibētē se. Maio: vero ipīb' potio c' medicas. 3. vni': et hec iterficit et similiū min'. Et ex eo coturnices cibāt et nō moriunt. Ex oib' affectionib' diamusc' ei' resistit. Et c' alino q' vocat napellus moīs: et vult dicere na pellus: et quoddā aīal qd assimilat muri qd morat in radice napelli: nascēs cū napello: et q' cū eo appropiat non crescit arbor: et c' tyrtiaca napelliz est maio: eo: et i eo sūt omnia iūnamenta que sunt in napello.

Hapeū. i. napo Hapia. i. napo vel napus Hapti idē qd s. Hapo. i. napus Hapon idē qd s. Haponti idē qd supra. Napus vel napias caulis est quedam species rapae ut appareat si leges delien. Maragil. i. lux indica magna. Margil idem qd supra. Marcha pīcīs c' teste Alexādro stuporifice nāe: q' mediātē līno vel calamo reddit manū pīscatoris insensibilē: inde narcoticū omne stupesciūm. Mare vgenebin. i. genus bdellij. Marchesis. i. stupor. Marfestica quid c. l. l. malamusch. Marion. i. vince Marbisos. i. narciscus. Marciscus quid c' lege. l. basal alcit. Mardileon. i. oleum de spica nardi. Mardinū idē qd s. Marti. i. torpedo. Marō. i. auena Marchontica. i. stupesciūa. Markodes excaseos. i. stupidus. Markon ē pīscī stupesciēt et est torpedo. Marchosi. i. stupor. Maru. i. apium. Mardus scachū vel seachios. vel nard' indica c' spica indica q' vocat spica nardi. Mardus similit' qñ simpliciter ponit spica indica vel spica nardi intelligitur p' qua lege simibel. Mardus celītū quid c' lege quod supra. Mardus romana quid c' lege quod supra. Mard' agrestis. i. asaz. Mard' cretica. i. salicaria. Mard' rustic'. i. asaz. Mar. i. ignis. Masarum. i. asaz. Masale. i. iectoriū nasi. Masabor. i. lūtū comedendum.

Capit. 565.

Astatimon

hec vocanit se
Dias. est quidaz cortex indicis odois
boni: et c. similis lamile sine corticibus.
est enim viscide calefaciēs, miscet deniq; timia-

matibus et in antidois et scopis mittit ex calefa-
ctorijs: quapropter medet similiter ut calam'aro-
maticus et vaporationi supponit tarda strictura
matricis laborantibus.

Nasca ē fungus arboris: et accipit denoiationem

ab arboze i q̄ oris ut nasca nuc vñl' nasca pomii.

Nascale ē qd matrici imponit simile supposito-

rio: pessoz vero simile clysteri quānis pro nascali

pessariū libris antiquis sepe innueniatur.

Nasir. i.rubeus. Nasiri idem qd supra.

Nasip. i.polium montanum.

Nasifardus ē quidā morb' qui oris infantibus q̄

difficulter et cū sonitu p̄ naros iſpirat et respirant

Nasor est species cinnamomi.

Nasorep. i.cymbalaria. Nasur. i.abrotanū.

Nasturtiū quid est: lege cardamus

Nasturtiū textor quid: le. quod supra.

Nasturtiū orientale quid est: le. qd supra.

Nasturtiū silvestre quid est: le. leuisticum.

Nasturtiū aquaticū quid est: le. quod supra.

Nasturtiū babyloniciū. i.nasturtiū aquaticum.

Cap. 566.

Atarab

arab. lati. Sera
ne scorpio

est animal venenosuz omnib' notum

lib. aggreg. capi. nata-

rab. aucto. Hal. Scor-

pio quando terit: et ponit supra locum mortisire

ipsius cofert: et similiter cofert quādo assat: et co-

meditur: et cofert etiā secūdū q̄ diximus mortisire

vipie: et cofert cīnis eius cōbusti lapidi renū et ve-

fice. Allmanoz tractatu. viij. capitulo de his que

fugāt venenosā si suffumigēt dom' ex scorpiōne

omnes alij fungēt. similiter si fumigēt dom' sul-

phure et vngula asini et galbani fugabūt scorpiō-

nes. Oleum enim in foraminib' eoz si fum fue-

rit nō inde vlerī exhibuit imo fungēt. Et idem de

punctura scorpiōni ē bibere pond' vni' aurei cū

aqua aut vino ex radicib' coloquitate fuccio: aut

vinus aurei pondus ex medicamine de asa cum

vna.3. vni' et locū qui ē supra puncturā strigere:

et ex oleo de ben et aqua cal. embrocate et sambac-

cino in quo castoreū et euborbiū conficata fue-

rint inungere atq; cum eo locū fortissime frica-

re: tyriaca q̄ valde pficit. Recipe radicum cappa-

ris absinthij nabati aristologie gentiane ana eq̄li-

te et cōfice cū melle. Dosis hu' in poti.3.iiij. Item

confert tyriaca diateserōn vel vini vetus: et allia-

ei ad comedendū tribue: atq; ex eis loco empla-

stri suppōe: locū q̄q; assidue cū igne calefaciat: si

āt febil' supueniat sequēti die pblebotoma et aq̄j

ordei ei tribue: et custodi ne acutam egritudinem

incurrat. omnes preterea abstineat ab apij come-

sione: vbi scorpiōni multitudo fuerit. Dias. cap.

de scorpione. Scorpio montanus quando terit
crudus et ponit sup pumeturā suā curat. Ellatur
et comedit et facit hoc. sed scorpiones marini qñ
comedunt et bibitur ius eoz laxat colerā: et confe-
runt aque descēdēti ad oculū et obscuritati virus
Eliic. lib.ij.ca.de scorpione: oleum scorpio-
num ɔfert doloiib' aurū valde.

Natanacha. i.menta

Natanacha quid est lege vicanacha

Natra. posterior pars oculi.

Natis ē effectio q̄cūq; facta ad formam nucis

Natis. idem quod supra

Natisen. idem quod supra

Natiengi. i.colofonia

Nathis. i.serula

Nathicos. idem quod supra

Natris. i.bircina. Pli. Natris herba est cuius fo-

lium euulsum hirci virus redolet.

Natan. i.vitrum

Natron. idem quod supra

Natrodisia. i.rubus

Nealis. i.amomum

Neuliac. idem quod supra

Neufares. i.antimonium

Neuron. i.netuno

Neubatis. i.ferula filomatica

Neufasor. i.artemisia

Neufasori. idem quod supra

Hebefer. i.bircina

Hebetar. i.pimpinella

Hebid. i.vitrum

Hebidi. idem quod supra

Heccara. i.amomum

Hectar. i.claretū o vino melle vñl' zucaro et spēb'

Hectarium. i.abrotanum

Heccerton. i.folium

Hecrenies. i.semen peonie

Hecresis est genus mortificatuum alicuius par-

tis membris.

Hecla in regali dispositione baly ē cōfectio que

dā aromatica ad fumigādū que cōsuēt deferri

ad nos trōciscata i forma q̄drangulata oblonga

Heclidus. i.neticus

Hecliran. i.auricula muris

Heclidam. idem quod supra

Heclelin ē morbus phibens ortum capillorū.

Heclelon est quoddam vlcus oculi

Heclolom. idem quod supra

Hecler. i.thit

Hecler. i.nubes

Hecler. i.renes

Hecler. i.peonia

Heclero catbar. i.renibus apta cōfictio

Heclero. i.renes

Heclerat. i.filistris

Heclerat. idem quod supra

Heclerat. idem quod supra

Hecler. i.gramen

Hecler. i.opium

Hegebroch	.i.cymbalaria
Hegil	.i.gramen
Hegili	idem quod supra
Hegifur	.i.hypoquistidos.
Hema interpretatur comestio:et est grauius vi- cum q̄ corosio	
Heman arab.exposuit translatos: Aliic. q̄ est si simbrym:et in hoc etiā errauit constantin. Ue- ritas autem est q̄ ipsum ē serpillum. Unde cap. de neman Aliic. cū cap. d̄ serpillo apud diaſ. idē dicit:q̄ etiā p̄ Ser ap.apparet:et p̄ Stephanū etiā in synonymis nemanū.i. serpillū. Item alibi de serpillo serpillum.i.nemanum	
Hemana	idem quod supra
Hemamema	idem quod supra
Hemen	.i.sisimbrium
Hemann	.i.zinziber
Hembrefe	.i.sorbilia
Hembesa	idem quod supra
Hemertin	.i.vlupicula
Hemeiretum	idem quod supra
Hemerī	.i.zinziber
Hemita	.i.ameg
Hemicā	idem quod supra
Hemis	.i.lenticula
Hemicha	.i.ameos
Hemiche	idem quod supra

Cap.567.

Nenufar

latine arab. silofar.
gre. nimphea. Scien-
dū q̄ nenufar ē duplicitis generis: vñ aquati-
cū aliud terrenū. aquaticū ē ne-
nufar vel nimphea aquatica vel caerulea vencris
vel papaver palustre: vel aliga palustris habens
flores albos similes lilio habentes in medio ve-
l crocum. terrena ē que vocatur vngula cabal-
lina faciens flores croceos: vel tuſſilago: v̄l came
leuē grecē et arabice vocat phatianū vel phar-
fugium: nascitur. **Sera.** lib.aggreg.cap. filo
iuxta fluminū. **Sera.** far.i.nenuſar: ē plan-
ta que nascitur in paludibus nō currentibus: ha-
bet folia similia folijs plāte que dicunt pinorū: ni-
si quia sunt minora eis et longa par: cuius que-
dam partes apparent sub aqua: et quedam super
aquam: et in omnibus sunt folia multa: et habet ra-
mos in vna radice egredientes: et habet flores al-
bos similes lilio cū palliditate panca habet ī me-
dio velud crocū: et quādo producunt flores eius
apparent capita similia malis: aut capitib̄ papa-
ueris nigri: in quib̄ semen ē nigrū amaz viscosū
et habet stipite lenē nō grossum nigrum similem
stipiti herbe que dicunt pinorū: et habet radices
magñā albām vel asperam habentē nodos: et ali-
qua ex eis habet radicē nigrā. Et idē auctoritatē
Hal. virūs huius radicis et seminis hui⁹ plane-
tē virtus que desiccatur sine mordicatione: et strin-
git ventrē flos eius ē fri. et hu. Et idem aucto. al-
basari ē fri.in. **Dias.** cap.d̄ nenuſare. nenu-
ſar. in tertio. **Dias.** far.i.nimphea: et nasci-
tur in aquis stantibus vel locis cultis et aquosis

folia habens similia cicerio: sed minora et oblon-
ga: altū sup aquā proferens caput: multa capita ī
aqua habens ex vna radice. flos ē illi albus simi-
lis lilio cum paucō palloze: semē habens ī medio
croccum sed cum flowerit caput rotundum effi-
citur sicut mala matiana: ant capita miconij nigrā
in quo semen innenit latum et spissum in gustu
argillosum. hasta eius lenis non grossa et nigra si-
milis cicerio. radix est illi nigra et aspera et nodo-
sa que ī autū. **Posse. Sera.** auctoratē gal.
radix eius et semen stringunt ventrem: et idē auct.
albasari. flos eius aufer vigiliā evenientes a ca-
liditate: et idem auct. Rasis inducit somnū. ē fri.
et sedat dolorē: et oleum ei⁹ est fortis oleo violato
Dias. radix eius siccā bibita cum vino cili-
scis medetur splenez siccāt cataplas-
matibus adhibita: et in stomacho posita dolorem
compelcit. bibita vesice dolorē mitigat: maculas
corporis detergit. Allopicias emendat pice addi-
ta omnia similiter facere potest. multum in tom-
nis videntibus bibita prodest. aumorē testium
tollit. semen eius assidue bibitum id facere nouit
potui data atq̄ illūta corporib⁹ similiter habet
virtutes. Item radix eius et semen virtutē habet
desiccātūam sine mordicatione: et iō rheuma vē-
tris repūnit. semen vero eius potui datum reprā-
mit seminis fluxum si plus a ratione fluat. que auct-
em albam radicē habet fortior est virtute et bibi-
tur cum vino nigro. nam stipice participat et alii
quid projectorie virtutis: ita ut aluum sanet infus-
a: et allopiciam cum pice liquida curat. Aliic. de
viribus cordis ait: q̄ confortat cor. Halie. vi. sim.
phar. cap. de tuſſilagine bilbiū sive tuſſilago: et ē
vngula caballina vel nenufar terrenū v̄l farfana
nominatur autem tuſſilago eo q̄ tuſſibus et or-
thonoicis conferens creditur. si quis sumens fo-
lia siccā vel radicem super prunas fumigās ispi-
ret consurgentem fumum. Est autem mediocritē
acre quare et rūpere sine dolore creditur vniuersa
sa apostematā que ī thozace. virida vero folia et
flores phlegmonem patientia membra cum diffi-
cultate digestionis exterius cataplasmatā invāt
propter amissionem aquose humiditatis cuius
omnia viridia et tenera. hec quidez magis: illa ve-
ro minus participant. siccā vero folia lili⁹ acrio-
ris sunt virtutis ut competant phlegmonē patē-
tibus. Aliic. libro secundo cap. de nenuſare. syn-
pus eius lenit ventrem et confortat se. et statim: et ē ve-
bementis extinctionis.

Nenuchia	.i.ameos
Nenucha	idem quod supra
Nenica	idem quod supra
Nenuche	idem quod supra
Nenrus	.i.coctus
Nepita	.i.calamentum
Nepithefendens	idem quod supra
Nepit idem quod supra	Cap.568.

Eregil

arabice latine nux indi-
ca: et est nux magna



Sera. lib.aggreg.cap.neregil. et palma in
ruzing. Et dicit q neregil est palma de mochol. et
iste insule no[n]omitur dabget: et ab eis descrunt da-
big: et neregil. Ultima vero istaz insula p est sa-
randib azaron. Et idem auct Hal. in libro de cibis
nre indica est ca. in secundo gradu: bu. in primo. Et
idem Serap. signum humiditatis eius est q cito cor-
rumpit: et ipsa est grosse et gravis substantie: nisi qz
ipsa non est mali chim. oportet q caneat ab ea que
non est recens et bona que est multe albedinis: in car-
ne sua et in qua est aqua dulcis bona: et illa aqua que
est intra ipsam est signum sue recentie: et qz excoria-
ri illud quod est albii ex ea existens exterius: qz iste
cortex durus granis stomacho longinquu a di-
gestione: et si aliunde digeritur non innenit corpus
in eo alind: nisi nutrimentum modicu: et ipsa qui
de nux comeditur cu zucaro tabarzet: aut cu pe-
nidia albia: proprie ab eis q sunt calescati. phle-
gmatici vero cu paucu melle et cholericu non vitat
ea: et sumat eam phlegmatici in ieiunio: et erpec-
tent donec descedat a stomacho: et post comediat
et quando ipsa veterascit expellit ascarides sua p-
rietate: et oleum eius vetustu fert ventositatib
lumborum: et dolorib genuum: et emoroidib que
fiunt a phlegmate quando bibitur: et quando limat
exterius maxime admisces cu oleo nucleor pse
c: et quando administrat de unoqz illor: et sent
aurens vn. Oleum vero ei que noua est confert phle-
gmaticis: et melioris chim q butiz vaccinu nel
oninu: qz non pugit stomachum sicut facit butirum
vaccinum vel oninum nec mollicat eum. Oleum
vero eius co*jo mes.* Tractatu de oleis
fert vesice. Oleum eius confert
dolori nervorum: lenit pectus et pulmonem: clari-
ficat vocem et inpinguat: et addit in spermate.

Anic. lib.ij.cap.de nuce indica. Dicit q au-
stra ascarides et vermes necat.
Nere. i.arbor cerasi silvestris cu cuius cortex so-
phisticatur Cassialignea: lege mahaleb.
Neron i.affodillus
Neremisk i.semen rose osini
Neremich. i.rosa osini. flos eius et cortices simi-
lantur maci: sed minus rubens: et est aromatic: de-
clinans ad caliditatem et habet pax ponicitatis: et
appropinquat in virtute neriden **Anic.**
Nerelimik idem quod supra
Neremusca idem quod supra
Nerlesem i.virga postoris.
Neriden. i.spica romana vel cellica
Neriden borstensis idem quod supra
Cap. 569.

Erion grece: aut neredendron
aut redodafnes: ora. ad-
elpha latine: oleander vel landrum.
Dias. cap nereon: frutex est omnibus nota:
folia habet similia amigdalas: s: ma-
jora et pinguiora: et f: ore rodo similem. sem: etiam
parens sicut cornu ueluti lanam: deintus habens

similem biacyntho. Radix est illi oblonga et augu-
sta: gustu salsa. nascit locis aquosis et marinis.

Anic. lib.ij.cap.de oleandro. Oleander alia
est silvestris: et alia est fluminalis. silve-
stris vero habet folia portulace similia: sed sunt
strictiora: et eius tyrsi sunt longi expansi sup terram
et apud folia sunt spine: et nascit in desertis domi-
bus. fluminalis autem oris i ripis flumio: cuius tyrsi
a terra elevantur: et spine eius sunt occulte: et folia ei
sunt sicut folia salicis: et folia amigdalae: et est sapo-
ris valde amari. superior cutis eius: et flos ei est
sicut rosa rubra bonum valde: et sup ipsum egreditur
quoddam simile pilis: et eius fructus est oursus plenus
asper: et intus est res sicut lana. et cal. i.ij. sic. in.ij.

Dosse. Dias. virtus est illi mortifera
ra. Nam comesta ab
animalibus mortem infert: sed homini remedium
est salutis: maxime cu vino et ruta bibita morsibus
venenatis occurrit. pecora minuta si odore eius
tacta fuerint **Anic.** interficit pulices et ver-
morium. virtus est illi mortifera
mes terrenos. sicut foli-
orum eius valet scabici: et excoriationi. et confert
dolori dorsi antiquo more emplastri. et flos eius
facit sternutationem: et est venenum hominibus: et be-
stias: vexat confert cu bibitur cu vino decocto cum
ruta: et potatur: et liberat a venenis vermisi vene-
nosorum. ego tamen dico q hoc est timorosum: et ipsa et eius
flos est venenum hominibus et bestiarum et canibus.
Uerum confert qm bibitur cu vino decocto cu ruta
secundum **Hal.** viii. sim. phar. cap. rododaf-
nes. i.landrum vel neron: no-
ta est omnibus frutex catalaphanata diaforetica vir-
tutis est. ita corpus vero sumpta priciosa est non
soli hominibus: sed pluribus bestiarum. secundum copla-
xionem tertij est gradus colefacentium incipit:
pumero vero siccantium.

Hermis	i.rosa canina
Herosc <i>i.</i> bellu.	Herosarch idem qd s.
Acrodendron	i.neron
Hesa <i>i.</i> amidu.	Hessa idem qd supra
Hefar <i>i.</i> filipendula	Heserina <i>i.</i> rosa silvestris
Hesen	i.arbor tremula
Hesefor	i.amilum
Hessescertigi idem.	Hessen idem
Hessfregu idem qd s.	Hessengi idem
Heson	i.centaurea maior
Hesim	i.rosa seni
Hesirem	idem quod supra
Hespillum	b: dicere mespillum: p q le. zaro.
Hesrin albam	i.nesim
Hethalim	i.epithimum
Hethalimi	idem quod supra
Hetabzon	i.mandragora
Hetiua	i.ameg
Heticus <i>i.</i> apostema ex genere apostematu acci- denti in carnibus mollibus et proprie in gladiis locis: et nominatur nascentiacutis.	
Hezemus	i.maiorana
Hezemusi	idem quod supra
Hezzaroc	i.zaro.

Hiatu. aqua	Hiatu idem qd supra
Hiafor.	.ibdellum
Hicabino. i. passio qua patiens in die non videt; sed in nocte.	
Hictabri	idem quod supra
Hice. i. amidū	Hiche idem qd supra
Hice	idem qd supra
Hicteris	.i. vespertilio
Hicistos	.i. vectonica
Hicie. i. nīr.	Hichim. i. landius
Hicilopa. i. ut evanescat visus in nocte: et videat i die: et debilitate in fine diei. s. post solis occasum.	
Hidens. i. viridis.	Hidesum. i. almea
Hidesum	idem qd supra
Hidi. i. landru.	Hidisaf. i. melilotu.
Hidiso	idem qd supra
Hid'hyrūdinū notum est: pro quo lege. si.	
Hidulap	.i. asarum
Hidrus	.i. landru
Higado	.i. paritaria
Higrado	idem qd supra
Higrato	idem qd supra
Higra vena. i. vena media que matrix dicitur	
Higen	.i. radix coralli.
Higeni	idem qd supra
Higella quid est: lege carnū.	
Higich	.i. indicus
Higiti	idez qd supra
Higri ē nomē cuiusdam serpentis.	
Higumer	.i. siseleos
Higrügeron. i. albū sicut vitrum	
Higrügeromi	idem qd supra
Hileos ē quedā radix q multa assimilatur galā; ge: cui? plantam ab auctorib? non inueni figurata sed est species iuncī.	
Hilens. i. oleū mellinū cū vini tertia parte	

Lap. 570 -

Ileg Sera.

arabi. grece nesme vñ chā
er vel adlen: latī indicus
lib. aggreg. cap. nileg. au
cto. dias. ē de ipso dome
sticus et silvestris: et domēticē est ille quo tinteo
res vtunt: cui? folium est simile folio plantaginis
nisi qz ē magz viscosu et fortior nigredinis: et ha
bet stipite longitudinis brachij vnius. Sed agre
stis assimilat domesticō: nisi q foliū ei? ē manus
simile folio lactuce: et habet ramulos longos plu
res graciles cū multa ramusculis quoꝝ color te
dit ad rubedinē: et in summitatib? ramoz sūt vagi
nile multe similes linguis: et ē in eis semen: et ha
bet florem paruum subtilem: Et idē auct. Hal. Do
mesticē est ille q vñt tintores. sapoz ei? est amā,
r? stipitē: et virt? ei? ē q desiccāt fortiter sine acu
mine. Et idē auct. aloesme. Est arbustū pulte,
rulentū elevatur qz cū stipite suo lōgitidine vni?
brachij: et habet gramina ramoz. In summitate sua
est flos sicut flos coriadri: et siccāt et terit et ponit
cū alkanna. Dicitur quidā q adhlem ē arbor nil:
et chatis et nesme sūt idem. Et idē auct. isagc be
naram alchat et nesme sūt idem: et est balbac: et est

planta habens foliū longū plusq folium salicio:
et assimilat folio fæsolū coloris quasi aurei: sed
manus est: et ē cal. et siccū et stipticū.

Posse. Sera. auct. Hal. Virt? eius
incarnat et resoluit et
coglucinat vlera q sit in corporib? duris: etiam
si fuerint in capitib? musculoꝝ: et absindit fluxu
sanguinis: et dissoluit: et minuit apostemata mol
lia: et cōfert vlerib? putridis et corrosivis. Idem
auct. dias. emplastrū cū folijs ei? cōfert apostema
tib? et vlerib?. Nam in principio ipsorū cōglucti
nat ea sua caliditate: et absindit fluxu sanguinis.
et curat formicam et berisipillam: et agrestis forti
oris est virtutis: et cōfert spleneticis qn bibitur: et
fit emplastrū cū eo et iuuat plusq prīm?

Hileos .i. indicu

Hilon diarodon. i. rosa viridis purgata

Hilosar .i. nenufar.

Hil idest indicum: et est succ? plante similis volu
bili: cuius semen intra lapatina ponitur.

Hima herba est secundū Pli. trib? folijs longis
intubatis id est similibus intubo

Hime .i. vsne.

Himfea. i. nenufar. Ego vidi in stagnis ipsum dis
plici flore albo. s. croceo seu citrino: que lateū vo
cat Pli. et ipsa ē magis odorifera q alba

Himiccula quid est: lezados

Hinifi .i. mustela

Hinifisi idem qd supra

Hinifon vel monfon apud dias. ē filer.

Hinifar .i. cymbalaria

Hipifal .i. aspalatum

Hipifali idem quod supra

Hipis .i. arbor foede

Hipapo .i. loricum comedendum

Hisa .i. misesos

Hisul idem quod supra

Hisulf .i. almea

Hisur idem quod supra

Hitislos .i. flos aneti

Hitisulfir .i. acacia

Hitre .i. folium

Hithosechis .i. venter meruli

Hithosechis idem qd supra

Hitroslos .i. afronitrum

Hitusfal .i. arsenicum

Hitu .i. bedeguar

Hitrum quid est: lege bannach

Hisa .i. sebesten.

Hixar .i. cerasum maciaz

Hix est aqua congelata: est mala senibus et eis in

quibus generantur humores frigi. Unic. Roas

vocant gre. costas molles inferiores.

Hoas .i. es

Hoaes idem quod supra

Hoachasachaman est quedam herba nascens in

campo piloso et dura qua caremus

Hois. i. ratio vel intellectus

Hois idem quod supra

Hoi	.i.nucleus tactili
Hocale	.i.furfur
Hochale	idem quod supra
Hockale	idem quod supra
Hocha	.i.flommos
Hochifar	.i.pulegium
Hochifari	idem quod supra.
Hocticorax	.i.bubones aues
Hectropa	.i.nictilopa
Hodach	.i.pulnieres et vngueta.
Hodar	.i.antimonium.
Hodalfar	.i.apium rufus
Romas est vltus oculi putruosum contentum ex tumore et sordibus, quidam dicit qd sunt comediones cancerose.	
Hone	.i.safyron
Homerac	.i.almea
Homerati	idem quod supra
Hora	.i.calx
Horasar	.i.muscata
Horalifor	.i.ironia
Hosadar	.i.sal armoniacum.
Hosader	idem qd supra
Hossalef	.i.musellina.
Hoticos milcos.	i.spinalis medulla
Hoticora	.i.nocticorax.
Hominaticam	.i.rnbeum
Houisarch	.i.psillii
Houlasar	.i.sticados
Hubastis	.i.staphygraria
Hubasuf	.i.centaurea
Hubez	.i.vinee
Hucaria	.i.nux muscata
Huca.	i.posterior para capitum
Huerati.	i.loc vbi collis cranoe iungit
Hucesar	.i.nux sarcha
Huesarch	idem quod supra
Hucleo secundum quosdam quando simplicitate ponitur pro nucleo pini intelligit, quidam dicit pro nucleo oliae: sed in secundo cano. Auic. de nucleo tactili intellexit.	Cap. 57. i.
Huda	.i.mutha
Hudalep	.i.sincus
Hudalepi	idem
Hudeac	liquor est.
Hudokalip	.i.os mundi.
Hudolf	.i.ceteracab
Hugaselitis	quid est: lege elitis.
Hugaselinsi	idem
Hugasar	.i.antimonium

L **Mir** arabi. vel mestratir miseri, grece serpilli: vel berpilli: latine serapulli.
Sera, lib. aggre. cap. numir auct. **dias.** est domesticum est planta inclinata super faciem terre iaceens: et qd de ea tangit terram infigit in terra radices: et habet folia et ramos similia foliis et ramis origani: nisi qd sunt albiores: et in odore suo est

aliquantulum ex odore maiore: et vtumq; ea multa in cibis: et nominant eam multa arclas et arclanc. sed silvestre ex eo nominat ragis qd non inclinatur sicut aliud sup terram in oru suo: immo stat erectum: et habet ramos suos subtile lignos adoe qd possum facere ex eis licinia ad lumen accendendum: et rami sunt longi circa palmum pleni folijs rute similibus: nisi quia sunt strictiora et longiora et duriora folijs rute: flores acuti sapo rios et odoris boni per singulos ramos distinctos cuius color est i summitate eius purpureus: et habet radices in quibus non est iuuentum. **Masci** in rupibus et in locis lapidosis: et est fortius et ca lidius domesticus: et admiscetur in medicinis. Et est alia species agrestis vel silvestris: et est sisnabri on: nascit in locis habitabilib; et domesticis: et est simili mente: nisi quia sunt ei folia latiora qd mente: et melior odore habentia. Et idem auc. **Hal.** substantia eius est subtilis: et virtus eius est que ca lesfacit et desiccatur in tertio gradu. **Pli. cap. de serpillo.** Serpillum idem est qd herpillum: quidam qd sumis pro polygonia ut in alexandro de dolore capitum ex caula calida. Et dicit serpilli quia super terra serpit. Et est aliud silvestre: aliud domesticum. Domesticum ramos diffundit sup terram: silvestre in longum. **Dias.** cap. o serpillo sine ut crescit: alium latini cicer erraticum herba est humilis et sup terram repens cum folijs atq; ramis origano similibus: albidioribus tamen sancti odore: singulare: et eius species sunt due una hormalis sine visualis que in campis lapidosis crescit. alia agrestis que non per terram serpit: recte atq; spirite positione erigitur: cum ramulis tenuibus atq; horrentibus in longitudine bipalmis cum folijs parvis rute similib; sed angustiorib; et longioribus: cuius basia similia est larmento: florem odoris suianis habet in omnibus virgis constitutum: et in summittate purpureum: et linguam remordentem et gustu viciolum: radix eius inutilis est. **Masci** in locis sarkosis. Et autem vehementius et calidius: et que est visualis: que ideo accepit non men herpillum: qd greci berpere repere dicit: qd ambulat. Nam fructus huius plurimum ambulat fructificando.

Auic. lib. ij. capi. mescatramisir. Mescatramisir misir sine mescarrasir est cuius stipites sunt similes ascebasbam sicco: ex quo non assumitur in principio cibi sapor plurimus neq; odor. Deinde succedit amaritudo et acritas: et est diversarum specierum. Et una est debilio: alia. Est ca. et sic proueniens ad tertium.

Posse. Sera aucto. **dias.** pronocat menstrua quando su mitur in potu et vrinam: et confert tortionib; ventris: et attritionibus muscularum: et summittatum eorum: et apostematibus epatis calidis: et est bonis contra nocumenta venenorum quando bibitur. et fit emplastrum cum eo super mortuum: et quando coquatur cum acetato et admiscetur ei oleum ro. et projectur super caput sedat sodam: et est cunctis

proprietate hargie et carabito. Et quando sumitur in
potu ex eo cum aceto, 3.iiij. sedat vomitum san-
guinis. Evidem auctoritate Hal. semen eius est si
milter calefacium: et ideo quidam exhibent il-
lud in potu habentibus syncopim et tortoem in vino.
Et idem aucto. dias. habet virtutem calefactiunem
quando semen eius bibitur cum vino et confert di-
stillationi vini et lapidi: et tortioem ventris et syn-
copi. Et fit emplastrum cum eo ad puncturam apud
et quando sumitur in potu sedat vomitus. Et idem
aucto. mesuay. Aperit opilationes viarum: et ha-
bet virtutem confortandi multum in punctura.

Dias. virtutem habet constrictum sine
redarguentem. menstruis imperat.
vrinam provocat. fibritum tortiones et conqua-
tiones utiles curat. tumorem epatis compescit.
moribus venenatis occurrit. bibitum et impositum
id prestat. dolorem capitum cum aceto coctum oleo
ro. addito compescit. maxime liturgicis et freneti-
cis adhibitus prodest. nauseam provocat. Item
empioticis mederi dicis. 3.iiij. cum aceto datis.

Hal. vi. sim. phar. cap. de serpillo nominant
ipsum multi susubar. sapor eius est for-
tier acutus. et virtus eius est cal. subtilitatem et re-
solventiam. et provocat vrinam et menstrua.

Allic. quando pacunt eum pecudes facit
emulgere sanguinem et excusat a ca-
lamento: immo fortis est eo plurimum et extra-
bit humiditates viscosas a pectori et pulmone. Sy-
rupus eius confert conturbationi et naufragiis. pro-
cat menstrua fortiter et vrinam.

Lap. 572.

Asador arab. gre. vulsadar
latine vero sal ar-
moni.

Sera. sal armonicus est al-
acis.

trabitur ex lapidib. clarie duris et est salsus mor-
dicatus multum. defertur ex corusceni. et sunt ei
colores multi. Nam est ex eo niger et puluerulen-
tis. et albus clarus sicut cristallus et est melior: et
est illa qui ingreditur in medicinis. et est cal. et sicc.
L.iiij. gra. **Posse. Sera.** Est abstersi-
du. unus humorum
grossorum: et abstergit et lauat: et confert casui vini-
le et squantiae: et diminuit albedinem oculi seu
pannum eius.

Vulsadar idem quod supra

Murida i. amigdala

Mutifar i. cymbalaria

Mutifari idem

Mutum i. motum.

Mutrumscemus i. stella terre.

Mutrusar i. antimonium

Lap. 573

Ax visualis latine: arab. Icuz
Ellerandrie: gre. carea basi-
lica vel karia: et nuc visualis qua co-
muniter utimur ad edendū. Sciendū
q. nucis multa sunt genera: sed quādo simpliciter
ponitur p. visuali intelligitur.

Posse. Dias. cap. de nuce. Flux si
costomaca est: indigestibilis et cholera nutrit.
dolorum capitum commouet: tussientibus contra-
ria est. a ieunis comesta nausea pronocat. ve-
nenis contraria est si comesta fuerit. sumpta cum
caricis lumbricos latos excludit. caprasinatib.
adhibita tumores māmarum compelcit. luxatio-
nibus cum melle et ruta bene adhibet. cum cepula
la melle et sale morbum hominis et canis ad san-
titez perducit. tunsa cum corio et in umbilico po-
sita tortionibus medetur. coarium eius cōbusta tri-
tum cu oleo et vino capillos infantib. inunctum
bonos reddit. alloptitas limpida vel emendat.
menstrua suspendit si caro ipsi cōbusta cu aqua
bibita fuerit. Uteres aut nuces carnes ea et cata
plasmatibus adhibeit canceros et carbunculos tol-
lunt. egilopas limpida. et si caro masticata et im-
posta fuerit fit etiam ex ipsa oleu si tunsa et exp̄
sa fuerit. virides aut nuces cacostomace sunt q.
si oleo mixte fuerint eius acrorē tēperat et liuores
corporis tollunt. Arbor nucaria habet in folijs b.
vel cinis stipiti. nucis ante viridis cortex tunsa et
pressa et succo qui exsiccatur cocto cu melle ut solet
fieri de moris ad oris vicia boni est: vocal dia
careon. Item cortex nucis siccata et vasa leptome-
ria et desiccatura sine mordicatione fit medicina.

Hal. vii. sim. phar. cap. caria. caria vel carea
i. nux arbor. habet quidē quid in pullu-
lationibus et frondibus stipiticū evidens. plurimi
autem in nucis cortice recenti et siccō. Unus aut
eo pp̄terea et tintores: nō aut experientes eos: et
succum similiter succo mororum et rubor coquē-
tes cum melle. stomatico vnius pharmaco: et enī
ad alia vniuersa in quibus sunt cōgrui p̄dicti suc-
ci. Hunc vero ipsius aliud quidē est esibile: aliud
oleaginosum et subtiliū partū. quo circa et succi
fit faciliter et magis quidē fit tale quātūcū repō-
situm diu manet. oleu nāq̄ exprimere ē possibile
ex eo antiquato. Flux aut diaforetica sufficienter
fit. unde quidā cu ea cārenas et carbunculos et egi-
lopas sanāt. Quidā autē et ad nervos vulneratos
vnius ea. Recēs autē dū ē h̄z quid et stipite qua
litatis. que vero incōpleta sunt adhuc et nōdum
sicea similiter et alijs fructibus quicunq; sunt vi-
rides plena est humiditate semidigesta. Cortex
aut ei siccus vstus subtiliū partū fit exsiccatum
et imordax pharmaci. Est aut et aliud gen. cari
arū. i. nuci parva que vīc et pontice nuncupā-
tur et auellane: pro **Allic.** lib. ii. capi. de
quib. le. nux auellana. **Allic.** nuce cali. est i
iiij. siccā in principio secundi gradus. et in ipsa est
humiditas que delef cu antiquaf et infixa ē nuci
stipitatis plurima: et folia et cortex ipsi oīa sūt
cōstringentia fluxū sanguinis. Et eius cortex adu-
stus et desiccatus sine mordicatione. Oleu vero
venste ē sicut oleu vetus: et abstersio antique est
formis. Ex recentib. fit emplastrum sup vestigia p-
cussionis. masticata medulla eius ponit sup apo-
stema melācolicū et vlerosū. et confert ei gūma

Ulceribus cal. sparsa sup ea, et in emplastris cum
melle et ruta cōfert torsioni nervoz. facit sodas
et distillat succ' folior. tepidus in aūre et confert
sancti i aūre. dicit alcans q ipsa grauat linguam
et est facies bothor in aūre ei oleū cōfert herpeti
estiomeno: et herispille et fistulis in pūbus oculi
succus corticis eius et rob eius phibet punctionē:
et nocent tussi. et oleū antiquaz facit venire dolo
rem gutturi. et ex oībus quidē spēb' nucis dixit
alcans fieri emplastrū mamille apostolose. et pprie
ex regali magna ē diffīcili digestioñis: et mala sto
macho: s nutritaz reccā ē melior stomacho: et mi
noris nocturnē: et illud qn̄ frangit a duob' cori
cibus suis. et nux qnidē nutrita cū melle cōfert sto
macho fri. Dico aut̄ q nux nō ē cōueniens nisi sto
macho fri. tātū facit bothor: et sedat dolorez vēris
pūgitiū. et retinet pīcipe frixa. et e' cortex rūnū
fluxū sagittis mēstrui. et q nutritia ē cōfert renib'
frigidis valde. et cīnis corticis ei'. phibet mēstrua
bibitū cū vīno et suppositus: et qn̄ comedit nutri
ta soluit. mult' vero succus ei' educti vermes par
uos et ascrides: et ē ex eis que cōfert orbo. et cīz
ficubus et ruta ē medicamen omnib' venenis. et
ex ea cū cepe et sale fit emplastrū sup morsū canis
rabiosi et reliquorū. Rabi moīses: et multū ex eis
comedatur generat' retentio verboꝝ: et ideo non
dant pueris et citius digeritur nutriculis. Huerois
in suo colliget capitilo de nuce. Nuces cal. et sic.
sunt que multū cōmeste faciūt paralyſim lingue
et pūocāt vomitū et laxant ventrē. et cōmeste cīz
car icis obstant veneno. bone sūt tempore magis
frigoris.

Huxkeden quid ēlege lanceden
Huxbeden idem quod supra
Huxeden idem
Hux mitiscata i.nux muscata
Hux indica i.magna que ab idia venit: p quo le
ge neregl.
Hux pontica i.nux anellana
Hux pna idem
Hux meib i.alexandrina
Hux carea basilica i.anellana
Hux basilica i.vinalis
Hux lecto carica idem quod supra
Hux regalis i.nux indica
Hux romana quid ē.le. electrum.
Hux gallica idem quod supra
Hux sarta i.nux egyp̄ia: que ē magna babēs se
mina intus in casibus ordinatis: sicut ē ordinatio
seminū in pomo nigelle: et semina eius vocantur
grana paradisi vel meliketa. vel mela egyp̄ia sūt
illa semina odozifera et nimī acuta mordicātia
linguam ut piper.
Hux egyp̄ia idem quod supra
Hux alexandrina i.nux vinalis.
Hux perfica idem
Hux cipressi omnibus est nota: et fit ex ea secūdū
Aliic. emplastrū rupture.
Hux thamarisci v[er]thamaric ē fruct' thamarisci

Alic. vocat ipsum alkan mezok vel kemei
zik. ē equalis in caliditate aut ē i pan
cipio primi. abscondit fluxū sanguinis. et collatio
onis ex eo et acetō remonet dolorem dentium.
Nux miristica est nux muscata. nam miristicum
grece. i.odoziferum latine.

Nux cardinistratica idem est. Cap. 574

Nux muscata latine: **Sera.**
lib. aggreg. capi. ienzbaue. Ienzbaue
i.nux muscata: et assertur de india. Et
idem anacalaac meliores sūt ex eo rubē pingues
granes: et deteriores nigre leues et sicce. sunt cal. et
sic. **Dosse.** stringit ventrē et aromatizat

stomachū: et odoz eius facit
bonū. aufert supfluitates a stomacho et digerit ci
bum. et expellit ventositas. et corroborat stoma
chū et epār. et confert lentiginis facie: et serpiginis. et
extenuat splenē. et mollit aposternata dura epatī.
et natura eius ē sicut natura gariofiloz. et ē cal. et
sic. i.ij. gra. bona est stomacho et epati frig. et con
fert debilitati eorum. Cap. 575

Nux anellana latine: **ara.** ienz agi
leuz omnibus ē nota.

Gal. vī. sim. phar. de nucib'. Est
autē et aliud genus cariarū.

et nucū paruarū: que vīq et pontice nuncipantur
ampliori p̄ticipantes terrestri substātia: quocirca
et magis austera cū gustat ipsa planta et fructus et
cortex apparet. in alijs vero simili exsistit magne
nuci que vocat ab aliquib' basilica. nuncipat an
tem et hec parua nux a pluribus leptocarium vel
uel **Aliic.** **Dial.** Anellane i cibo
lana. sumptē dolem et inflatioñē distendit.
corpori lano pinguedinē cōferit. sicce in vase sic
tili cōstitute distillationib' mitigandis viles of
seruntur. trite ex aqua mulsa potateq' venustissi
me tussis molestiam sedant. Alij tritas cū passo
bibendas dederat ad pulmonis et iecoris vicia sa
nanda. Multi tritas cū pipe miscuerat cum vino
ppinatas cōtra catarru et tormenta ventris: et vī
ne distillantis angustias valer senserunt. cū axun
gia vel adipe vīsina contrite et alopicio linte ca
pillis dāna restitunt. dicit aliqui coria eius cum
oleo trita oculos gattineos inuncta inficere et ca
pillos. hanc multi leptocaria vocat. cacostronā
ca est: que si assata fuerit: et cum pipere bibita cata
ron māterescere facit: et tota cōbusta et axungie
mixta ut superius. **Jo. mes.** capi. de oleis.
scriptum ē facit. Oleum ei' va
let contra dolorem arteticum et neruorum.

Aliic. lib. ij. cap. anellana. Anellana nutriti
b'lior ē nuce: quoniam est magis solida et
minus vīctuosa: et tardioris digestioñis. declinis
ē ad caliditatē quandam et siccitatē paruā. gene
rat ex ea cholera. et in ipsa ē stipticitas maior q
in nuce. et in ipsa est inflatio et generat ventositas
in ventre inferiore. et qd ex ea adustū est tingit ca
pillos. facit sodam. et assat et comedit cum panco.

pipere et maturat corizare. y. inquit auellana i ce
rebro facit augmentum. Estimauerunt quidam q ipa
illinita super vertice puerorum varios habentium oculos
debet varietatem comedere aqua mellis et
coferunt tussi antiq; et adiuuat ad spuendum. Est tarda
digestio: et excitat vomitum: et tardioris digesti
onis q nux. eius cortex est stipticus et costringit vena
trem et cibum venenis et mortis: et proprie et sicubus
et ruta et puncture scorpionis.

Cap. 576.

A **Lix** vomica est fructus secundae spe
ciei titimalli carniceti per dia.
secundum quosdam vocatur castanea
indica.

Sera. lib. aggreg. ca. ieuze alkei auct. habebit
facit vomere fortiter. color eius est in
ter glaucinum et albedinum: et est maior auellana pa
rum: et sunt **Nux agrestis** lib. hybrungus
Nux integra est pondus ponderas suminet. xiiij

Cap. 577.

A **Lix** methe latine: sed arab. ieuze
metbel.

Srea. lib. aggreg. et ca. ieuze me
rich idem sunt: et sunt nux metbel. est fructus simili
nis nuci vomice. et semen eius est simile semini ma
dragore. et cortex eius est asper. et sapor eius est delec
tabilis: et vinctuosus. et virtus est frumenti in quarto gradu.

Nosse. si detur de ea in potu una kira
cuo vino inebriat ebrietate forti: et
si dent uno aurei cuo eo statim occidit. Et idem au
cto. Radix ieuze metbel est narcotica: et fortissime oc
dit et opilitur et facit enomere. et si det de ea quanti
tas. 3. 5. inebriat ebrietate forti. et oportet q summa
eia sumat butyrum calidum: et ponant extremitates
eius in aqua calida: et fiat q euomatis saties: et cure
cura illius qui sumpsit mandragora. **Aliic.** lib. ij.
facit subit et est mala cerebro: et pondus danich. i.
ex ea inebriat: est inimica cordi. 3. i. ex ea est venenum
dici sue.

Sequitur de O.

Ac	i. salmandra
Dacion	i. filipendula
Babelcora	i. cucurbita
Balsagu	i. virga pastoris
Bafatar	i. origanum
	i. gramen.
	i. sisymbrium.

Cap. 578.

O Emps arab. gre. erob: latine ci
cer.
Sera. lib. aggreg. cap. oemps au
cto. Hal. Demps. i. cicer.

Et ex eis sunt alba: et ex eis sunt nigra. Et est alia
species que dicitur kerlenne: et sunt rubea: et cicera
assimilantur orobo: et nigra nominatur teres. Urtica
est ei cal. et humiditate panca: sed folia cicerum ag
restium sunt similia foliis domesticorum. Uterum
grana eorum diversa sunt ab illis: et cibis ad ea ad
q ciborum domestica. Sapor eorum est amarus: et vir
tus eorum est calidior: et siccior: et fortior domesti
ca in omnibus.

Nosse. Hal. vii. sim. phar

cap. de cicere
Cicer legumen inflatum facit ventre lactis et sper
matis generatiuum. et prouocat menstrua magis diu
reticulare. renes modicat decoctione eius. et aperit op
erationes epatis. frangit lapides reni. et abstergit
scabie et empeticine. et resolvit apostemata que
sunt in aere et apostemata testiculorum. et curat exi
turas malas quando administratur cum melle. Et
idem vi. sim. phar. cap. erob. i. cicer agreste per os
calidius est domesticum: ca. s. et desiccatus iquantus
acris.

Dias. in proprio ca. Cicer domesticum mol
strua et iuvat pum et generat lac: sed inflatum.
Et est aliud cicer quod vocatur cicer pegrinum: et est
orobus. quo cataplasmatibus adhibetur tumores te
sticulos et formicas et zernas et cancri et scabies male
gnas melle mixto saluberrime curat. Pro q lati
inuenies si legis serlenne. Et aliud genus cicerum
quo crios dicitur et est rubrum. similiter habet virtutem simplici
et qd elixatura cu libanotido accepta hydropisias et ictericis medicat. vesice vulnerate contraria
sunt. et renibus inutilia. cuius virtus est epispastica et
callex media pte cu pte amaritudinis. ppter qd et
splen et renes et epar purgat. scabies et parotidas:
et vulnera mala cu melle sanat. Et aliud genus cicer
qd cicer aretinum dicitur et est nigra. hoc omnis
cicer plus diureticum dicitur. cuius decoctio bibita la
pides in renibus frangit. Et alterum genus ciceris
agrestis folia habens similia superioribus: odoris
viscidus: semine simile. sed tanta efficacia est illi qua
ta superioribus.

Hal. vi. sim. phar. cap. erob. Erob. i. cicer a
greste: per omnia validius est dome
stico: cal. sciz et desiccatus i quantis acris et amariis

Aliic. est fortius. ambo sunt inflata. lenta
et in ipso est incisio et nutrimentum quo prebet. Et
fortius nutrimentum fabarum et magis solidum. et neq
est in figuris suis quo magis ipso nutriat pulmonem
et qd ex ipso est humidum plus est generatiuum
simplicatum qd ex eo siccum est. abstergit len
tigines. et colorem efficit bonum linum et come
stum. confert apostematibus ca. et duris: et reliquo
apostematibus que sunt ex eis in gladiulis. ei oleum
coferit empeticini. et ipsi farina ulceribus frandu
lentis et cancrosis et puritum: et coferit dolori dor
si. et confert bothrosum bimido in capite. et confert ei
infusio dolori molarium. et coferit apostematibus
gingine calidis et duris: et apostematibus que sunt
sub auribus. Et cicer clarificat vocem et nutrit



Damfaktion
Damenen



Cap. 578.

O Emps arab. gre. erob: latine ci
cer.
Sera. lib. aggreg. cap. oemps au
cto. Hal. Demps. i. cicer.